



## Universitätsbibliothek Paderborn

**De Iustitia Et Iure Libri Decem, Reuerendi P. F. Dominici  
Soto, Segobiensis, Ord. Præd. Theologi præclariss.**

**Soto, Domingo de**

**Venetii, 1608**

4 Vtrum liceat iuramentum ab eo pretere qui peieraturus est

**urn:nbn:de:hbz:466:1-38878**

riam infame, non sit peccatum mortale. Quoniam peccata mortalia non afferunt infamiam, nisi in iudicio traducantur & condemnentur. Imo hæreticus quoadusq; sit de hæresi condemnatus, non habetur iure infamis. Habet tamen perjurium promissorum non nihil amplius culpe superi assertorium. Nam qui assertorii peierauit post factum iuramentum non habet potestatem faciendi quod non fuerit falsum. Qui autem solenniter iurando quidpiam promisit, propterea si id non implet maiorem incurrit infamiam, quod post iuramentum factum tempus habuit implendi.

**Tertium** argum. Tertio arguitur inquirendo an iocus vel inad-

uerteria, vel aliud quidpiam culpam di-  
lucere valeat per iurum: iurare enim per Deum  
ut q. præced. articu. 1. ex Chrysostom. eten-  
tius homil. 44. super Matth. grauius est,  
quam iurare per euangelia: sed iurare pri-  
uatum per Deum falso, non semper est mor-  
tale, puta cum vel ioco vel lapsu lingue sit,  
ergo non omne perjurium est peccatum  
mortale. Ad hoc autem D. Thom. quinq;  
respondet. Primum quod ioco peierare,  
cum diuina irreverentia non eviteret, non  
excusat à mortali. Secundum quod si il-  
le qui lapsu lingue falso iurat, aduerterat  
de falso iurare, sicut non excusat à  
Dei contemptu, ita neque à mortali. Ter-  
tium: Si autem hic non aduerterat, videtur  
non habere peierandi intencionem: & ideo  
à crimine peierij excusat. Quartum est  
quod eis de se q. pree. diximus grauius  
sit iurare per Deum quam per euangelia,  
tamen soleniter iurare per euangelia gra-  
uius esse potest, quam priuatum iurare per  
Deum: tum propter scandalum, tū etiam  
propter maiorem deliberationem, que  
tunc adhibetur. Quintum est quod omni-  
bus hinc inde penitus nemp; vt & quale  
sit scandalum & deliberatio, grauius est pe-  
ierare per Deum quam per euangelia. Hæc  
omnia perspicua sunt. Secunda tamen cō-  
clusio sive intelligenda est, scilicet quod  
qui lapsu lingue deierat, si id aduerterat, pec-  
cat mortaliter. Intelligitur enim si aduer-  
teria sit fatis delicta. Nam si est motus  
surreptius, adeo ut sit subita deliberatio,  
non autem plena poterit esse veniale, scilicet  
si tempus non sufficeret ad plenè de-  
liberandum. Nam si mala consuetudo  
sunt in causa non plenè deliberandi non  
semper excusat, ut à mortali. Et pariter

Exposi-  
tio.

moderanda est tercia conclusio, scilicet, q  
vbi non est aduersentia nullum est pecca-  
tum. Intelligitur enim de surreptio mo-  
tu naturali, vbi non fuit tempus aduersio-  
ni. Nam si aliqua negligencia præcesset  
iam sine aduersentia potuit emergere cul-  
pa. Vnum autem hic adnotauit Caetera.  
quod vel non intelligo, vel adduci non pos-  
sum, vt credam. Ait enim quod si quis pro  
pter continuam consuetudinem tam vere  
quam falso in communis locutionis iurandi  
non aduerterit, non excusat, ut à mortali. Ex  
quibus verbis illi, quos suprà memoria  
bam eliciti quod etiam iurare verum ex  
consuetudine si mortale, & ratio est, vix  
Caetera, quod inaduentaria, vt excusat per  
iurium debet esse causa ipsius, ita ut ille  
aduerteret non peieraret. In illis autem  
qui iuramentis assueti sunt, inaduentaria  
non est causa peierij, quia etiam si aduer-  
terent nihilominus peierarent, sed illi  
ignorantia concomitant, qua non excusat.  
Quod autem hoc non sit credibile, patet.  
Nam primum hæc postrema suppositione  
falsa est. Enimvero etiam si crederem  
quis peieret, forte nunc si aduerteret, non  
peieraret: & ideo inaduentaria causa fuit  
peierij. Præterea ista conditiones nullas  
sunt meritis, vel demeritis, scilicet si aduer-  
teret non peccaret, aut nihilominus pe-  
ccaret. Quamvis enim conditiones hæc  
vera esset, si inimicum haberet præ-  
tem, illum occideret, in nulla propter  
ego sum culpa, sed actus voluntaris quam  
nun habeo & stimulans est, qualis sit. Et  
ideo quicquid continget, si homo aduer-  
teret, nihilominus inaduentaria potest  
quam tollit voluntarium, tollit pecca-  
tum. Hæc autem verum est, quod si con-  
suetudo me precipitavit, vi non adver-  
terem illa precipitatio & indiligentia po-  
nit esse peccatum, & fortiora potuit ob-  
se negligientia, vt esset mortale, vt supra  
dictum est.

#### ARTICVLVS IIII.

*Vtrum licet iuramentum ab eo peieratur quod peieratur est.*

P Ostium de peierante visum est, se-  
quitur ut illius crimen exploremus,  
qui iuramentum à peierato expositus  
est. Et respondet Diuus Thom. dabis  
sup-

suppositis distinctionibus per tres conclusiones. Prior distinctio est, ex parte illius qui iuramentum exigit. Aut enim prius se ipso priuatim sua sponte iuramentum exigit, aut tanquam publicus iudex ex necessitate officij ab alio implorati si priuatim quidem aut probabilibus conjecturis scit alium mendaciter iuraturum, aut nec sit. De illo ergo, qui nec sit statutum prima conclusio. Nullum est peccatum ab eo iuramentum petere, quem nec sit falsum iuraturum natale humana sit tentatio: quia, si ex quodam infirmitate procedit, quia homo dubitat alium citra iuramentum verum diflumum. Et hoc est quod ait Christus Matt. 5. Quod amplius est, à malo est. Hoc est ab ilia dubietatis plaga per quam originaliter culpam contraximus, ut de aliorum veritate dubitemus. Secunda conclusio. Exigere ab eo priuatim iuramentum, quod scis mendaciter iuraturum peccatum est mortale. Nam vt ait Augu. in sermo de verbis Iacobi, licet pterans de suo periurio se in terimar, tamen cogens ad iurandum manum interficiens impressi: & idco homida est, hoc est animam occidit proximi. Tertia conclusio: Publico iudici nullum est peccatum iuramentum ab eo exigere, quem scit falsum iuraturum, si tamen idtacit ab alio requisitus: quoniam iudex tunc non est qui iurantem cogit, sed alius qui publicum eius officium implorat. Prima conclusionis sunt Augusti in sermo. illo 28. citato de verbis Iacobi: & referuntur 22. quæst quinque canon. qui exigit. Et quidem primam paulò differentibus verbis astruit, quam hic D. Tho. Verba siquidem eius sunt. Si quis nec sciens alium peccatum iuramentum exigit, vi fides ei fiat, non audeo dicere non esse peccatum: tamen humana tentatio est. Nihilominus bene D. Tho. & doctores affirmant non esse peccatum, si tamen causa iurandi intercesserit, quia re gravi dubitare ad alterius veritatem, nulla est culpa, sed infirmitas humana. Augu. autem ideo non audet negare esse peccatum, quia arbitratur esse leberrime heresine necessitatem: nempe vel in r. parui momenti, vel vbi alter et fatus fidei dignus: in quibus casibus vix fine culpa exigitur iuramentum. Secunda autem conclusionis ratio est, quod neminem licet ad malum inducere. Nam auctore ad Rom. Paulo, non solum malefactores di-

gni sunt morte, verum & illi qui consentiunt facientibus, ac mali perinde magis, qui illos inducunt. Ille autem qui sciens alium peccatum, cogit ut iure illum ad malum inducit. Contra hanc autem conclusionem cuiusque probationem arguitur. Si quis à fœneratore parato sub viracum vinculo mutuare, mutuum petat, quamvis sciat illum delictum commissum nullatenus peccat, & D. Tho. 2. q. 78. articulo quarto confitetur: ergo neq; ille scit alterum peccatum ire. Secundo exigitur iuramentum ab infideli, etiam si scias illum per falsos deos iuraturum, ut ad Publicolam ait Aug. quem hic ad hoc proposuit D. Tho. citat, & tamen iurare per falsos deos peccatum est, idemque sit supra diximus grauius quam jurare falsum per Deum verum: ergo fortiori ratione petere iuramentum ab eo, qui scitur mendaciter iuraturum erit peccatum. Nam sic: quis petendo ab infideli iuramento suo vitetur iure, ita & qui ab illo petet, qui paratus est mendacium iurare, ipse enim libi viderit quomodo iurat. Ad illorum intelligentiam hæc præfigenda est certissima regula, quod nemini licet quempiam ad malum inducere, licet tamè alterius delicto in bonum vivi. Afferio est D. Tho. in solutione quarti. Ob idque quamvis licet eius iuramentum recipere qui per falsos deos iurare patratus est: sicuti mutuum ab virario petere, neutrum tamen fas est inducere ad ilud malum. Sed rogas quomodo cognoscam an inducam, vel tantum vter? Arguitur enim sic: quamvis infidelis paratus sit iurare per falsos deos: hoc tamen iuramentum modo non faceret, nisi ego exigerem: ergo ad hanc actionem in individuo ego eum induco. Ad hoc responderetur quod ille qui vtris iure suo ab altero id petit quod potest bene facere, si ipse peccatus est id ipsum malefacere non inducit illum. Exempli gratia, qui petit ab virario mutuum, quia vtrendo iure suo petit id quod licet alter potest facere, scilicet illud gratis mutuo dare, non censetur illum inducere: induceret autem si ipse nullatenus veller viruras dare, quia cognoscit esse peccatum, & alter eum ad id instigaret. Pari modo qui ab infideli petit iussiurandum, solum vtritur iure suo, petendo ut fidem contractus confirmet, quod ipse posset facere Christianè iurans.

Ddd 3 do.

## Regula.

## Quæst.

do. Quare ut Aug. ait ad Publicolam non  
August. cum inducit ad malum, sed virtutem eius ma-  
Opima lo quod ipse sua sponte fecit, nempe fide  
interro- contractus per impium iuramentum con-  
gatio. firmata. Sed rogas cur non idem ysu venit  
dum ego peto iuramentum ab eo quem  
scio falsè iuramentum, nam pariter dicas  
te vi iure tuo, & tantum peccatum. immo ma-  
ius est iurare verum per falsos deos quam  
falsum per verum. August. eodem loco ad  
Publicolam responderet, cuius responsum  
cirat hic D. Tho. in solutione quarti. Quo-  
niam in iuramento illius qui verum per  
falsos deos iurat, est aliquid bonum quo  
illi virtutem qui iuramentum petit, nempe  
fides quæ in contractibus est necessaria: in  
iuramento autem illius qui falsum iurat,  
neq; hoc existit boni neq; aliud quo qui  
iuramentum petit virtutem. Et ideo deest ius  
petendi incassum, quæ subinde petitur: &  
ideo qui petit reputatur alium inducere.  
Contra hoc autem arguitur. Sequeretur  
quod quamvis ille qui petet non ferat al-  
terum mendaciter iuraturum, sed id dubi-  
taret aut fulpicaretur, non licet etidem iu-  
ramentum exigere, quia exponeret se per-  
iculo precipitandi alterum in crimen. Re-  
spondet quod non quecumque dubie-  
tas vel fulpicio quæ est tenuis assensus, ne  
que opinio quæ est formidolosus, sufficit  
ad ius petendiarum vix vnuquam iu-  
ramentum liceter petere: sed probabilissi-  
ma conjectura quæ intellectum vincat, vt  
humano more, credat. Nam hoc quod for-  
tè illi rectè iurabit, est ius aliquod in alte-  
ro ut petat.

**Primum** argum. Primum ergo argumentum D. Tho. se-  
queretur quod nemini licet, iuramen-  
tum ab alio petere. Nam vel scit illum ve-  
rum iuraturum, vel falsum: si verum, pro-  
nihil & in vanum onus iurandi illi inim-  
gi: si vero falsum, non licet: vt dictum est.  
Respondet quod obiectio haec præcedit  
quando pro se quisque exigit iuramentum  
qui quidem neutrarius partis scientiam ha-  
ber, aut fidem, sed vel credit verum iuratu-  
rum, vel re vera dubitat, & tunc ad maiori-  
rem certitudinem id petit. Iudex autem,  
vixit conclusione assertum est, etiam si  
sciat alterum fore perjurium potest ab eo  
iuramentum exigere. Secundum argumen-  
tum distinguit inter recipere simpliciter  
iuramentum, sicut recipit sacerdos, vel alia  
tertiæ persona inter partes, & iniungere

Secun-  
dū arg.

feu cogere ad iurandum, quod plus est.  
Ait ergo recipere iuramentum citia co-  
stitionem, non videtur esse licitum, praeci-  
puè dum sit perjurium, quia videtur tec-  
piens consentire alterius peccato: ergo  
multo minus licet exigere. Responso est  
Aug. ad Publicolam, qui ait, Quamvis di-  
ctum sit non iurarem, nunquam tamen  
me in scriptis sanctis legiſe meminisse  
ab aliquo iurationem accipiam. Vnde Aug.  
colligitur, quod iurationem recipere non  
est peccatum nec consentire alieno pecca-  
to, sed cogere dum timetur perjurium. Sed  
contra si quis vult se occidere, ministriate  
illi gladium est peccatum: ergo perjurium  
ab illo recipere, quia suæ sponte vel  
petit. Negatur consequentia, quia reci-  
pere iuramentum, neque est ministriata  
ma neque aliquo modo cogere: sed quali-  
passiuſ ſe habetur. Verum est quod legi  
communi charitatis & correctionis fra-  
nae deberet ille admoneri, ne peccaret, si  
speraretur correctione faceret. Ad cuius  
explicationem adhibetur tertium argu-  
mentum ex illo Ieu. 5. Si petrauerint  
ma & audierit vocem iurantis falsum, te-  
ſilique fuerit quod ipſe vidit aut confi-  
ctus, nifi indicauerit, portabit iniuriam.  
Ex quo videtur consequens quod quoniam  
qui scierit tenetur alterum corripere & co-  
hibere ne peccet: atque adeo tunc neque  
licet exigere, neque vero recipere iuramen-  
tum. Responſio autem colligitur ex Aug.  
super eodem loco, vbi ait, quod cum Mo-  
ses non exprefſerit cui sit perjurium iudi-  
candum, neq; vero ordinem, recurrētum  
est ad legem communem correctionis fra-  
nae: Nam vi est iurisconsultorum avoca-  
tio, calus omifus lege communis cen-  
ditus est. Et ideo debet per ordinem corre-  
ctionis fraternæ procedi, ſicut in alijs pe-  
catis secretis, admonendo delinquen-  
tem ac tandem ſi opus fuerit  
reuelando iis qui pro-  
delle poſſunt & non  
obſelle. Sed  
hoc non  
obe  
ſtis quæ dicta  
funt.

QVÆ